



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 28. Contentio circa Abbatum suffragia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](#)

Posthæc habebatur examen circa eos, **Sæcul. XVI.**  
 quibus jus suffragii competeteret, exinde **A.C. 1546.**  
 vero quædam mota fuere dubia; quippe Cardinalis S. Crucis, qui Montano Cardinale ob podagram absente Praesidis vices agebat, in eam abibat sententiam, quod Regulares in juris sui, quo jam a longo tempore potiebantur, possessione conservarentur, eisque suffragii, ut vocant, deliberativi prærogativa concederetur. Verum Petrus Pachecus Giennensis Episcopus non ita pridem Cardinalium Collegio adscriptus huic disceptationi interposuit, quod Episcopi cunctos Religiosos a jure suffragii excludi minime postularent, sed id unice denegaretur Abbatibus, quorum numerus summopere excreverat. Hujus Cardinalis sententia sine nova controversia a ceteris quoque fuit adoptata, quamvis postea alia rursum contentio fuerit exorta.

### §. XXVIII.

#### *Contentio circa Abbatum suffragia.*

Post hæc Synodi Praeses a Patribus petit, ut tres Congregationis Cassensis Abbates a Papa ad Concilium missi ad ferenda suffragia admitterentur, simulque pedo ac mitra insignes in Synodo exciperentur. Annuebant quidem

Sæcul. XVI. dem Patres primo huic articulo, alte  
A.C. 1546. rum vero indulgere recusabant, quin  
imo Jacobus Naclantus ex Ordine Fra-  
trum Prædicatorum Episcopus Clodien-  
sis illud Synodi Decretum allegabat, vi  
cujus solis Episcopis pedum mitramque  
deferre concedebatur: cum autem fse  
Cervinus opponeret, & nihilominus E-  
piscopus suam sententiam tueretur, tan-  
dem Legatus non nihil commotus sub-  
jecit: *Pontifex in suo Diplomate Abbatu*  
*ad Concilium vocavit, nos ergo illos exclu-*  
*dimus?* Inde vero exorta est quæstio, de  
quibus demum Abbatibus præfatum Di-  
ploma loqueretur? igitur ea de re ul-  
tro citroque disceptatum, tandem vero  
Montanus Cardinalis pristinæ valetudi-  
ni restitutus ad confessum rediit, nec  
non Patres eo induxit, ut unanimi con-  
fensu decernerent, quod concors trium  
Abbatum Cassinenium sententia pro  
uno duntaxat haberetur suffragio, ea  
plane ratione, qua singuli Religiosorum  
Ordines per suum quisque Generalem  
Præfectum unius suffragii jure frueban-  
tur. Re hoc modo composita nil pro-  
pius erat, quam ut eadem judicandi fa-  
cultas etiam Dominico Soto ex Ordine  
S. Dominici Theologo celeberrimo con-  
cederetur. Obluctabatur tamen Cer-  
vinus Cardinalis, exponens, quod Di-  
ploma Pontificis obstaret, quo caveba-  
tur,

alte  
qui  
e Fra-  
odien-  
at, vi  
mque  
n fese  
us E.  
, tan-  
s sub-  
bbates  
exclu-  
io, de  
m Di-  
re ul-  
vero  
studi-  
nec  
con-  
rium  
pro-  
, ea  
orum  
alem  
ban-  
pro-  
i fa-  
dine  
con-  
Cet-  
Di-  
eba-  
tur,

tur, ne ad suffragium admitteretur, qui- Sæcul. XVI.  
cunque ab alio subrogatus fuisset, Do- A.C. 1546.  
minicus vero non nisi a Generali Ord-  
inis sui Vicario missus illius vices sup-  
pleret.

### §. XXIX.

#### *Statuta pro usu suffragii per Procuratores.*

**Q**quamvis Legati penes se haberent *Pallav. n. 6.*  
Pontificis Diploma, quo Germa- *& seq.*  
niæ Episcopis suffragii per Procurato-  
res ferendi jus indulgebatur, hoc tamen  
privilegium promulgare haud consul-  
tum censebant, veriti, ne illud plures  
aliarum Regionum Episcopos ad æmula-  
tionem excitaret, quapropter satius fore  
existimabant, si hujus indulgentiæ loco  
summus Pontifex Legatis suis faculta-  
tem daret hanc gratiam illis duntaxat  
impertiendi, quibus eam peculiares ob-  
caussas merito concedendam censerent.  
Verum illis respondit Pontifex: *Non  
convenit, ut vos in ejusmodi salebras conji-  
ciam, ceterorum enim invidiam per hanc inæ-  
qualitatem incurreretis, si uni ea conceditis,  
quæ alteri denegatis: cuncta igitur sint æ-  
qualia, nec ullo pačo permittatis, ut Pro-  
curatoris nomine præsentes deliberativum in  
Concilio suffragium habeant.* Hanc ob-  
rem nec Diploma produxerunt, nec uni-  
versalem hanc concessionem palam fe-  
*Hist. Ecclej. Tom. XXXVIII.* Cœ ce-